

Oleum Nephriticum externum sa-
pecitatus Mysichtus sect. 23. Armament.
Chym. p. 462. ita parat.

R ० ० succin. alb. rect f. terebinth. Ju-
niper. āā ȝiv.
Ferment. pan. cib. ७ commun. १ alb.
āā ȝj.

▽. heder. terr. petrosel. ononid. āā ȝvij.
Misc. & per alembic. destilla, oleum se-
paratum servetur ad usum.

Præsentaneam sape nobis operam
præsttit sequens.

R ० ०. coct. Scorpion. melilot. chamomill.
āā ȝij.
express. amygd. amar. arill. Cynosbat.
āā ȝiſ.

nat. Tereb. Junip. āā ȝj. petrosel. ȝiſ.
Misc. S. Euerlich zertheilendes Stein-
Oel.

CAPUT XXI.

USUM JUNIPERI IN MORBIS VESICÆ APERIT.

I. DE CALCULO VE- SICÆ.

Questio an **A**n medici sit morbos aggredi incurabi-
Medici sit les, quæstio est famosa, ad quam re-
morbos in spondetur negando, quoniam dicente
curabiles Roderico à Castro lib. 3. Med. Polist. cap. 28.
aggredi. Medi-

Medicus sanitatem nunquam consequitur, & plus ignominiae, quam utilitatis & gloriae reportabit.

Morbi autem incurabiles sunt vel per Morbi in-
se vel per accidens. Per se incurabiles sunt, curabiles
qui nullâ arte vel ope humanâ sanari per se.
queunt, quales sunt morbi hæreditarii
& congeniti, morbi in numerò deficien-
te, ut defectus membrorum originalis,
vel accidentalis, marasmus inveteratus,
cancer confirmatus, sphacelus, morbi
magicis artibus introducti, utpote qui
medicamentis naturalibus tolli non pos-
sunt. Per accidens verò incurabiles di-
cuntur, quorum remedia certa & con-
traria non quidem ignorantur, & alias per acci-
quoque sanabiles sunt & sanantur, in aens.
Morbi in-
curabiles
per acci-
dens.
hoc tamen vel illo individuo ob certa
accidentia curari non possunt, quales
sunt morbi, qui ægri naturam viresque
penitus debilitarunt, & licet curabiles
fuerint, ob extremam tamen naturæ im-
bicillitatem omniumque virium defe-
ctum curari non possunt.

Præterea *Morbi Incurabiles* vel sunt *Morbi*
simpliciter letiales, vel neplurimum leta-
les vel chronicæ. Letiales sunt simplici-
ter qui necessariò hominem ad mortem
deducunt. Neplurimum letiales sunt, à
Uipluri-
quibus homo utplurimum moritur, ex-
mum le-
pertum tamen est nonnullos hisce labo-
iales.

Chronici.

rantes vitam continuasse. *Chronici* sunt, qui quidem lethales non sunt, curari tamen non possunt, sed hominem ad mortem usque comitantur.

Medicus itaque morbos, qui *per se* *incurabiles & lethales* sunt, non aggrediat, neque hos, qui *per accidens incurabiles* sunt, viciis nempe naturae viribus, ibi enim dicente *Deusingio* sett. 14. Secundus factus *Mussipont.* p. 130. frustra & cum opprobrio artis medicus curationem tentabit: Cum enim hic naturae minister sit, & Naturae vires morborum curatrices sint, frustra Medicus laborabit deficiente natura, & certe ostendet se ignorare, quid & ubi medicina valeat.

Qui vero *incurabiles* putantur & *ut plurimum lethales* sunt & vulgo deplorati habentur aggredi potest optimo jure, praemissa tamen prognosi dubia & predicto amicis vel adstantibus modo eventus, sic & morbos chronicos non aggredi recuset, non quidem ut plenam eorum sublationem promittat, sed ut palliativè dolores & molestias leniat vitamque tolerabilem efficiat.

Calculus Vesicae.

Calculus Vesicae à nonnullis etiam pro insanabili habetur affectu, ut ab *Erasmo, Mercato Capivaccio, & aliis*, sicque medicus ex illorum sententiâ illum curandum non suscipere deberet, sed quoniam

niam exempla extant quamplurima felicissimæ tām per curam Pharmaceuticam, quam Chirurgicam calculo Vesicæ affectionum restitutioñis, ideò non videmus, cur miseri hi calculosi sint relinquendi, Medicus potius omnem moveat lapidem, ut dolores ipsis leniat, calculum frangat & expellat, & si aliter fieri non possit, tandem tentatis remediis generosissimis per transpositionem Chirurgicam pristinæ sanitati restituat.

Sic incomparabilis Sennertus lib. 3.
Med. Praet. part. 7. scđt. I. c. 2. meminit Historiæ Wilhelmi Laurembergii, Professoris Rostochiensis, qui sequentibus à Calculo Vesicæ liberatus fuit

EZ *Asell. preparat. 3ij. Spir. Juniper. 3ij.
Fur. cicer. rubr. 3x.*

Misc.

Postea hoc non satisfacente, hoc usus est medicamento:

EZ *Asell. præp. 3ij. lepor. præp. sang. hirc. præp.*

Spong. ros. sylv. sem. violar. purp. āā 3j.

Spec. lithoncript. 3ij. M.F. Antidotum.

Hujus antidoti sumsit 3ij.

Decotti diuretic. ibid. descript. 3x.

Spir. Juniper. 3ij. Misce:

Hisce assumitis & continuatis, additis dolorem ab orificiis vesicæ lœfione

T 3

ortum

ortum lenientibus 17. septimanarum spa-
tio ab isto calculo liberatus est.

Sic quoque Savanarola tratt. 6. cap.
19. Pract. major. commendat Juniperum
et quoque oleum injectum p. m. 231.

Infusum pro doloribus leniendis
in calculo vesicæ talem paravit Timaeus
à Guîdenflee lib. 3. Cas. Med. p. 277.

R Herb. veronic. parietar. Dial. malv.
c. rot. saxifrag. ononid. àa Mij.
Flor. chamomel. Mij. Sambuc. Mj.
Rad. alth. lilior. petrosel. sennicul. àa ȝiȝ.
Sem. lin. ȝij. fæn. græc. ȝij. Bacc. ju-
niper. ȝij.

Grossè incis. & contus. Coqu. in s. q. vñ
pro infusu.

Plura de his cum superiori capite
dicta sint nolumus addere, & possunt
quoque eorum nonnulla optimè & in
vesicæ calculo adhiberi.

II. ISCHURIA.

Vesica u-
su.

Internè.

VEsica homini à maximo Creatore in
hunc est largita finem, ut secundæ co-
ditionis excrementum serosum & aque-
um urinam videlicet excipiat, & justo
deinde tempore iterum expellat. Quod
si urina in vesicâ justo diutius retine-
atur, oritur affectus, qui Ischuria seu Urine
suppressio nominatur. Hæc ut tollatur
præmissis præmittendis:

R 80

EZ *cere, juniper. terebinth.* àā 3ij.
Sacchari q. s. Misce. Dos. 3ij. ad 3ß.
 Hoc nunquam nos fetellit.

Sic internè quoque *Aquam Juniperi* prodesse testatur *Grylingius* lib. 4. Med. Pratt. part. 2. cap. 6. & *Spiritus diureticus* sequens optimè hic quoque commendari meretur, quem tradit *idem Autor* part. 3. *De Universal. Evacuat. gener.*

pag. 7.

EZ *Rad. vincetoxic. valerian. pimpinell.*
 àā 3ij.

Liquirit.

Herb. beton. capill. Qis àā Mj.

Sem. bardan. mil. Ois, foenic. anis.

Bacc. juniper. àā 3ij. alk. keng. num:

X. Flor. genist. pij.

Vin. alb. q. 1.

Stent aliquamdiu in infusione loco calido. Destilientur secundum artem.

Dos. cochl. 1. ad 2. vel plura, prout morbus requirit.

Vel

EZ *Gland. maj. oblong. German. Dachſſe Eicheln/*

Herb. fragar. geran. bacc. juniper.
 àā Mvi.

Concis. contus. affund. vini opt. 15ij. coqu. ad casum 2. digitorum, de hoc Decocto manè & vesperi assumatur cyathus unus. Conrad. Kunrath p. 43. medull. destill.

T. 4

Exter-

Externè.

Externè commendatur Balneum ex baccis & scobe Juniperi, ut Cataplasma ex baccis Juniperi contusis & cum melle mixtis à Sebizo part. 4. Specul. Med. Praet. Jeet. 7. cap. 8. Poterius præmisso clystere Ischuriam 3. horarum spatio sequenti fotu curasse testatur Curat. 19. Centur. obseruat. 2.

Ex Bacc. laur. juniper. sem. cumin. fœnic. ää 3iv.

Fol. ruit. absinth. majoran. prass. alb. origan. calamenth. puleg. ää Mij.

Bulliant in s. q. vini & aquæ & fotus loco pectini admoveantur. Postea inungatur idem locus Ol. Scorpion. & intrò sumantur gutt. 4. ol. Eli cum jusculo pulli.

Sic & Timæus à Gysdenklee Clysterem emollientem Baco. Juniper. 3ß exornatum in hoc affectu telicissimo cum effectu & Balneum sequens ordinavit.

Ex Rad. il. aib. rub. tinct. aristot. rot. ää 3j.
Herb. malv. parietar. abrotan. arthe-
mis. origan. prunell. vulg. levistic.
beder. terr. ää Mij.

Flor. chamomill. Mij. sambuc. hyperic.
ää Mij.

Sem. lin. 3ii. fœn. græc. 3iB
Bacc. juniper. 3iii.

Incis. & conquaflata Coqu. pro Balneo.

Unguentum sequens magnum quoque pollicetur levamen.

Ex

R Ungv. alth. simpl. ʒ. B. Ol. Scorpion. eoēt. ʒj.

destillat. juniper. therеб. аа 3j. M.
S. Euerlich Säblein.

III. STRANGURIA.

A Vari est tenaciter & invitè reddere, *Stranguria*, antea quod accepit. Sæpè avaritiæ

titulo notari posset vesica, quæ urinam guttatum & cum dolore emitit in stranguria, quæ, cum maximè molesta sit, sui requirit ablationem, propterea hic optimè adhiberi potest Mistura Diuretica D.

Angeli Salæ, quam in appendice *Mixtura-rum*, *Prepar.* *Anatome Essentiarum Vege-tabilium annexâ p.m. 228.* ita parare docet.

R Eſtent. parietar. ʒij. Rad. monid. ʒiB.
Pimpinell. hircin. sem. saxifrag. alb.

аа 3VI.

Glycyrrhiz bacc. Juniper. аа ʒj.

Fruct. alkekeng. ʒij.

Eleochar. charefol. ʒj.

Misce Dof. à 3B ad ʒi vel ʒij.

Vel

R Δ. gran. Juniper. sine vino parat. por-tulac. plantag. аа ʒj.

Syr. portulac. ʒj. Trochisc. d. alkekeng. ʒj.

Θ juniper. succin. pix. аа ʒj.

Misc. D. S. Harntreibendes Dräncklein. Externè
Externe commendat Sebizius part.

4. Spec. Med. Pract. sect. 7. o XI. sequens :

T 5

R Ave-

E Avenæ Mij. Bacc. Juniper.

Herb. pulieg. rut. àā Mj.

Coqu. in mensura i. aquæ, vapor calentis decocti excipiatur per inferiora. Residuum ingredientium conjiciatur in saccum, calideque regioni vesicæ applicetur.

Vel

E Ung. anodyn. sev. hirc. àā 3ß.

o mastich. juniper. àā destillat. 3ß.

Misc. S. Salblein.

IV. MICTIO CRUENTA.

*Mictio
cruenta.*

Sicut quilibet viso vel audito cruento imbre expavescit & contremiscit, cum mala gravissima subsecutura idem annunciat soleat, ita meritò homo, qui aquæ humoris loco sanguinem per urinam excernit, terrorem concipit, quoniam sanguinis illa excretio parum boni ominari solet, quapropter ne graviora secum trahat mala, omni studio incumbendum, ut causæ cruentí hujus nimbi removeantur.

Optimo cum successu in tali casu purgato corpore adhiberi potest sequens :

E Tinct. corall. rubr. & tis adstring. àā 3j.

Effent. juniper. 3ß. Misc. S. Mistur.

Externe Balsamum sequens multam præstare salutem tempore tribulationis

affir-

affirmat *B. D. D. Rosfincius lib. 9. Cont.*
sultat. 4.

R *o N. Mosch. express. 3ij. menth. criss.*
absinth. cinamom. caryophyll. alb.
angel. āā ġx.

Juniperini 3j.

In pyxide eburneâ M. S. Magen-Balsam.

In hujus defectu *vel solum oleum Juniperi officium faciet, cum & illud prodesse testetur Conrad. Kunratlo medull. dea still. p. 441.*

CAPUT XXII.

JUNIPERUM MEDICAMENTUM UTERINUM AD UTERI MORBOS PRONUNCIAT.

I. UTERI DOLORES.

Possible esse uterum variis doloribus affici nemo facile negabit, cum ille corporis pars sit membranosa exquisitior sensu prædita, sèpiusque per experientiam uterini dolores nobis innotescant gravissimi variis ex causis vel humorosis vel vaporosis aliisque excitati.

In his tanquam ad sacram anchoram ad *juniperina* videlicet configere licet medicamenta, eoque magis, si malum à flatibus ortum ducere videatur.

Sic

Uteri do-
lor.